es Beatissime Stephane, Vultum tuum quasi Vultum Angeli
intuentur adversarij: at Hac laus Vnius tantum diei, sed
perpetua, non confuta, sed insolens, et miraculosa.
Fulgeo resplendes Sme Moyses, at in sola facie. Formosus
es ~~absolua~~ corpore, sed non anima, speciosus crinibus,
sed criminibus. Pocior, ipsa laudare formam, qua
nulla est anima, sed membris solum lateris adiacere
perspicitur. Pulchra es et tu ô pulcherrima trium,
patrio, at His quanto pulchrior? non Vnius duntaxat
diei spatio, sed perenniter tua durat pulchritudo, non ge-
rebas Vultum quasi Angeli, sed talem, qualem ipsi Angeli
versantur, testis est ille nuncij coelestis, qui ad ingressum,
et aspectum tuum obstupuisse perhibetur. nec in facie tm,
sed in ~~toto~~ corpore, nec ~~toto~~ corpore solùm, sed et maxime
in anima, quanta quanta es, ~~tota~~ pulchra es. Ignosite ~~Ast.~~
quod rudi adeo, incompto, imparique penicillo tantam, tam ex-
iniam pulchritudinem depingere praesumam, aequalia enim
et paria cum inveniri non possint, ex paribus quantum
potestis colligite. ~~A~~ Celeram testatur Socrates tanta
extitisse pulchritudinis Vt magnum Pearum parentem,
Jovem è coelo ad terras descendere in aureum imbrem
mutatum coegerit, quod equidem si ab alijs anti quorum
figmentis alienum esset, magnum esset, at cum falsum
sit, Veritatem quaramus, nostra certè Virgini quam
aspicitis Hac laus, Hic Honos, Hac Vis, Hac potentia de,

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 21r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/21r)